

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 16. An, & quomodo resurrecti sint, qui antè moriuntur, quàm
nascantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

uo, & quidem magis tunc in aeterna dispositio-
nione, magis non desiderabimus, qua iam hic
non desiderare consuevimus.

§. XVI.

An, & modo resurrecti sint, qui ante mo-
riuntur, quam nascantur?

Feminæ igitur resurgent, resurgent &
viri, ut diuinæ sapientiæ opificium etiam
in sexu laudetur. Et resurgent omnes iusti
in sua perfectione, omnibusque membris
naturæ debitis prædicti: quamuis in hac
vita illis, vel per naturæ errorem, vel per
tyrannorum crudelitatem, vel per alium
casum fuerint destituti. Quin & illi resur-
gent, qui nunquam fuerunt nati, sed in-
materno utero mortui, & abortiui vel eie-
cti, vel exsecti sunt. Si enim semel vixe-
runt, anima eorum interire non poterit;
neque aeternum sine corpore manebit.
Enim uero illi infantes, qui exserta aliqua
corporis parte baptismo tincti, postea an-
te, quam plenè in lucem ederentur, defun-
cti sunt, etiam ad gloriam, & ad mensuram
etatis plenitudinis Christi resurgent. Sicut &
multò magis infantes, qui postquam na-
ti & baptizati vitam amiserunt. Illi enim
non in ea resurrecti sunt corporis exiguitas. c. 14.

S. Augu-
stin. lib.
22. civit.
cap. 13.

Idem ib.

Sf 4 te, qua

te, qua mortui. Sed quod eis tardius accessum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro atque celerrimo recepturi. In sententia quippe Domini, ubi ait: *Capillus capitis vestri non peribit: dictum est, non defuturum esse, quod fuit: non autem negatum est, affuturum esse, quod defuit.* Defuit autem infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis: perfecto quippe infanti, deest utique perfectio magnitudinis corporalis: quae cum accesserit, iam statura longior non esse possit. Hæc Augustinus, qui alio loco ita concludit. *Resurgent itaque omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in iuuenili etate: quamvis nihil oberit, etiam si erit infantilis vel senilis corporis forma: ubi nec mentis, nec ipsius corporis ulla manebit infirmitas.* Vnde etiam si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est, resurrectum unumquemque contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum. Et infrà: *Si contenditur, in ea quemque statu corporis resurrectarum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est: tantum absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisq; corruptio;* & si quid aliud illud non decet regnum, in quo resurrectionis & promissionis filij aequales erunt angelis

Idem
cod. lib.
c. 16.

Lib. cit.
cap. 20.

gelis D E I : si non corpore , non etate , certe felicitate .

§. XVI.

Epilogus huius , de monstribus & monstroribus , tra-
ctatus , ostendens , non esse in his caussam que-
relarum ; sed occasionem diuinae prouiden-
tiae & bonitatis admi-
randae .

Quæ cùm ita sint , quis conqueri iure
potest , naturam secum nimis illiberaliter
egisse , quòd vel deformem genuerit , vel
mancum , vel alio defectu monstruosum ?
Respiciat ad primam hominis originem ,
quàm illa sine nævo , sine vitio , quàm per-
fecta fuit ? Reuocet in mentem primi pa-
rentis prævaricationem , nonne in eo , tan-
quam in capite , omnium mortaliūm pro-
genies fuit damnata ? Quid habet , vt plo-
ret , si ei natura formæ gratiam negauit ;
quando peccatum genitoris ei gratiam di-
uinam profligauit ? Beneficium accipit ,
qui clementer plectitur , meritus grauiora .
Quid quòd plurimis sua monstruositas
prodest ? Deformes sunt ? non habent
corporis pulchritudinem , habent autem
vtilitatem . Sic insidijs carent ; sic minùs
periclitantur ; sic non sunt illecebrosi ; sic

Sf 5

faces